



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

22. Quia destruit eam etiam cum negatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

Paul. lib. 2. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

tiam, libero nihil relinquatur arbitrio. Itaque coactionem per gratiam inferri voluntati, & necessitatem, gratiamque solitariam sine concursu videlicet voluntatis, operari salutem, incunctanter asseriebant. Imo brutis animalibus hominem similem, vel potius pejorem fieri; quandoquidem sicur mare magnum, quod huc atque illuc ventis agitantibus volutatur, ita ad quodcumque bonum vel fecimus, sine illo affectu suo, solo divina potestate impulsu, mens humana versaretur. Ecce hereticus (quem non alium quam sanctum Augustinum cum suis intelligit) sub pretextu gratiae, qualem vult hominem esse post gratiam. Vbi perspicue vides, quo sensu Faustus gratiam Christianam ac veram in voluntate operari crederet. Nonne insaniam simile videretur, si de gratia cujus usus instar cupi stibet potentiae, instar habitus, instar specierum, instar lucis, instar concursus illius indifferentis Dei, voluntatis nutui ad amul-
Bsim subditur, tales expostulationes & epulatus, non ab ignaro vulgo, sed ab acurissimis viris, funderentur? Nonne recentiores gravissime adversus eos moverentur, a quibus tam brutus sibi stupor affingeretur, ut gratiam illam ab ipsa cooperatione voluntatis efficacem, quam ipsi docent, libertati voluntatis ad veritatem credere putarentur? Et hoc nomen de Massiliensibus quoquo modo credi volunt, ne alioquin ab eis de animam ac sensa sua derivasse credantur.

Quam vero sint ipsis in hac expostulatione similes, res ipsa clamat, & voluminibus plenis ubique protestantur, Molina, Vasquez, Gregorius a Valentia, Suarez, Lessius, & alij. Nihil enim invidiosius passim inculcant, quam per gratiam, quae ad volendum, consentiendum, agendum praedeterminat voluntatem, funditus everti libertatem: ut non sit opus testium onijs eorum corregatis hoc asserere.

NOTA XXII.

Quia destruit eam et jam cum negatur.

Lib. de Cor. c. 7. 1. 2. 3. 4.

Quod vero libertatem et jam everteret illa gratia, quando divino iudicio subtrahitur, non minus invidiose Massilienses questi sunt. Nam apud Augustinum extra culpam se videri volunt, qui non obediunt Deo, quia obediencia, hoc est, gratia ad obediendum, munus Dei est. Hanc, inquit, non accepimus. Quid itaque corripimus, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare volumus? Istas enim Adrumetinorum querelas fuisse quoque Massiliensium, in Epistola sua Prosper affirmat. Hinc & Faustus: dum liberi in reimpior arbitrio in alterutram partem omnia ex praedestinatione statuta & definita esse pronunciat, etiam suprema remedia penitentiae sensu abrupta pietatis evacuat. Ita vero inferbit libros suos: Professio fidei adversus eos, qui dum per solam voluntatem Dei, alios dicunt ad vitam atirabi, alios in mortem deprimi, hinc fatum cum gentilibus asserunt, inde liberum arbitrium cum Manichaeis negant. Nam duplex in eis verbis Augustiniana doctrinae caput impetit, pi-

Paul. lib. 2. c. 1. 1.

num, quod Deus per solam voluntatem, hoc est, per gratiam suam, alios ad vitam attrahere diceretur; alterum, quod alios in morte relinqueret, vel reprobareret.

Idem omnino non semel adversus gratiam illam ex se efficacem, quae non omnibus datur, recentiores ingeminant. Lessius: An tequam detur metio efficax, non est in ipsis potestate eam habere, ut sepe ostensum est, ac proinde nec opus bonum facere: Vnde nullum instans dari potest, in quo sit potens ad utrumlibet; quod tamen ad rationem libertatis requiritur, supra capite quinto ostendimus. Idipsum docet & alij locis. Nec ceteri dissentunt. Putant enim nullo modo imputandum esse peccatum, tanquam non liberam voluntate factum, si gratia, sine qua vitari non potest, negaretur.

NOTA XXIII.

Quia praecipit fit hominibus impossibile.

Deinde, quod ex praecedenti sequitur, si subtrahatur gratia illa vitando peccato, vel faciendo operi, quod praecipitur, necessaria, jam praecipit fit hominibus impossibile. Ita conueniantur in superiori observatione Monachi Adrumetini: Cur corripitur, arguimur, reprobamur, accipimus? Quid facimus, qui non accepimus? Quali dicerent, impossibile est nobis facere quod praecipitur, quia gratiam non accepimus, qua fieri possit. Vnde & Faustus: Quoniam edo praedicit gratiam, qui misericordiam negat? Quomodo videtur asserere Dei donum, cuius tollit auxilium &c. Quoniam edo mihi dicitur, Declina a malo & fac bonum, si iam malum dedinare non possum? Per istius videlicet misericordiae seu gratiae subtractionem.

Accurate hoc imitatur Lessius: Si praeter cetera auxilia requiritur, ad singula opera motio (id est gratia) quaedam determinans, quam habere non sit in potestate, utpote quam Deus pro paucis praedestinavit; plurimi profecto sunt, quibus praecipit dei sunt impossibilia. Idipsum docent alij multo majori, ut eis videtur, ratione, si gratia sufficiens ad implenda praecipita subtrahatur. Concludunt enim eadem quae Massilienses ratione subnixi: praecipita fore impossibilia: Offerit ergo Deus hoc auxilium, inquit Lessius, alioquin sequeretur, & Deum iubere impossibilia, & nos peccare in eo quod vitare non possumus: vel edite violando divina praecipita nos non peccare.

NOTA XXIV.

Quia frustra erunt praecipita, exhortationes, correptiones.

Eiusdem rationis est, eodemque fundamento innixum, quod conquebantur frustra futura praecipita, exhortationes, & correptiones. De quo in praecedentibus duobus capitibus audivimus Massiliensium voces. Similes passim fundunt etiam recentiores: Deum nique frustra erunt praecipita, frustra consilia, frustra exhorta-

Less. de grat. c. 9. n. 9.

Vide c. 3. n. 12. latins.

Suarez lib. 3. de auxili. c. 6.

Lib. de Cor. c. 7. 1. 6.

Faust. lib. 1. c. 1.

Less. de grat. c. 7. n. 3.

Less. de praed. fact. c. 6. n. 6. 1. 3. auxili. 1. 3.

Less. lib. 6. de grat. c. 9. n. 12. exhorta-